Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26123
Copyright: Admont, Benediktinerstift





undecim · & eos qui cum ipsis erant · proculdubio intelligen
dum est quod inde thomas egrierit · antequam eis dominus
hec loquentibus appareret · Hinc iam iohes aliā cōmemorat
sui demonstrationem adhuc discipulis factam · p̄ dies · viii · ubi
erat & thomas · qui prius eum non uiderat · Et post dies
· viii · inquit · iterum erant discipuli eius intus · & thomas cū
eis · Venit ihs ianuis clausis · & stetit in medio · & dixit ·
Pax uobis · Deinde dicit thome · Infer digitū tuum huc · &
uide manus meas · & affer manū tuā · & mitte in latus meū ·
& noli esse incredulus · sed fidelis · Respondit thomas · & dixit
ei · Dns ms · & ds ms · Dicit ei ihs · Quia uidisti me credidisti ·
beati qui non uiderunt & crediderunt · Hanc sedām omni
uisionem erga discipulos factam idē quam secō loco iohes
cōmemorat apud marcum possumus agnoscere · breuiter
eam sicuti assolet pstingentem · nisi moueret quod ibi ait ·
nouissime recumbentibus illis · xi · apparuit · Non idō quia
iohannes tacuit recumbentes potuit hoc pter mittere ·
sed quia iste nouissime dixit · quasi ultra iam non eis appa
ruerit · cum adhuc iohannes terciam sit eis narraturus
demonstrationē ad mare tyberiadis · Deinde quod dicit
idē marcus exprobrans illue incredulitatem illorum & duriciam
cordis · quia his qui uiderant eum resurrexisse non crediderūt ·
illis uidelicet duobus quibus in nullam eunti apparuit ·
postea quam resurrexit · & petro cui p̄mitus eum appa
ruisse apud lucam inuestigatum ē · fortasse & mariae mag
dalene & aliis mulieribus quae cū illa erant qn̄ eis & ad mo
numentum apparuit · & inde redeuntibus in itinere occurrit ·
Nam ita contexit narrationem idem marc̄ ut cōmemorasset
breuiter de duobus illis quibus apparuit in uillam euntibus